

SYLLABUS

*Auctorum, qui de Mauroceno, ejusque scriptis
testimonium tulerunt.*

Praeter scriptores illos plurimos, quorum testimonia passim retuli, dum non fortasse indiligens, quae ad *Maurocenum* spectant, haecenus observavi, ipsius etiam alii nonnulli cum laude meminere, quorum nomina dumtaxat, adjecto operum titulo, placet hic referre.

Paullus Benius: *Orationes quinque & septuaginta*, &c. *His accesserunt epistolae & praefationes*, &c. *Venetis*, apud Jo. Guerilium, 1625. in 4. Habes in epistolis & praefationibus, pag. 28. Benii praefationem ad *Andream Maurocenum* pro *Summo Summo*, qui eidem *Andreae* suas theses philosophicas dicat.

Jacobus Fiorelli. *Detti e fatti memorabili del Senato e Patrii Veneti. In Venetia*, presso *Combi e La Nou*, 1672. in 4. saepius in hoc opere citatur *Maurocenus*.

Joannes Palatius: *Fassi ducales*, &c. *Venetis typis Hieronymi Albrizzi*, 1696. in 4. Crebro hic *Mauroceni* nomen invenies.

Christianus Gryphius: *Dissertatio isagogica de scriptoribus historiam saeculi XVII. illustrantibus*. *Lipshae*, apud *Thomam Fritsch*, 1708. in 8. pag. 456.

Langlet de Fresnoy: *Metodo per istudiare l' Istoria*, &c. *Tomo II. In Venezia*, appresso *Sebastiano Coletti*, 1716. in 8. Pag. 257. inter eos, qui *Venetae Reipublicae* historiam scripserunt, suus, isque honestissimus locus est *Mauroceno*.

Jacobus Albericius: *Catalogo de gli scrittori Venetiani*, &c. *In Bologna*, presso gli heredi di *Giovanni Rossi*, 1605. in 4. pag. 9.

Augustinus Superbius: *Trionfo glorioso d' Eroi illustri & eminenti dell' inclita & maravigliosa città di Venetia*, &c. *In Venetia*, per *Evangelista Deuchino*, 1629. in 4. libro tertio, pag. 105.

Franciscus Pona: *Elogia utroque Latii stilo conscripta. Veronae imprimebat Tamus*, 1629. in 4. pag. XLIV.

Petrus-Angelus Zenus: *Memoria de' scrittori Veneti patritii*, &c. *Venetia*, presso *Paolo Baglioni*, 1662. in 12. pag. 95.

Franciscus Sansovinus: *Venetia, città nobilissima, & singolare, descritta in XIII. libri*, &c. *In Venetia*, appresso *Steffano Curti*, 1663. in 4. In *Additionibus Justiniani Martinoni*, pag. 1.

Quae *Mauroceni* memoriam magis illustrarent, haud plura collegi. Unum illud superest, scilicet ut lectores meos admoneam, ne temere *Andreae*, *Venetae Historiae* scriptori, alterius. *Andreae Mauroceni*, qui ejusdem fere coaetaneus fuit, sed ex alia tamen *Maurocenorum* familia, opus illud adscribant, quod ita inscriptum circumfertur: *Corso di penna, e catena di materie sopra l' isola della Cefalonia di Andrea Morosini, fo del Sig. Piero, nella quale è stato Provveditore l' anno 1621. e 1622. In Venetia*, appresso *Evangelista Deuchino* 1628. in 4.

Caveant etiam, ne *Andream* nostrum cum eo confundant *Andrea Mauroceno*, cujus meminit *Leander Albertus* in *Descriptione totius Italiae*, edita primum *Bononiae*, per *Anselmum Giaccarelli*, 1550. in folio, pag. 465. his verbis: *ANDREA MOROSINO*, & *Hermolao Donato*, benche di continuo fossero occupati nel governo della città & de' l' stato, nondimeno dimostrarono, quanto fossero letterati, lasciando dopo se l' *HISTORIE* de i suoi tempi descritti in *VERSI HEROICI*. Unde haec hauserit de duobus illis amplissimis *Venetae Reipublicae* Senatoribus, qui medio decimoquinto saeculo floruerunt, *Albertus*, conjectare minime audeo: nisi forte illius oculis obversatus est *Blondus Flavius*, *Foroliviensis*, qui in *Italia illustrata*, edita una cum aliis ejus operibus, *Basileae*, in officina *Frobeniana*, 1531. in folio, pag. 373. utrumque recenset inter *Venetos doctrina praestantes*, suaeque aetate adhuc viventes: „ *ANDREAS* „
que